Uprawiono w r. 1935. Dawniej miał tylko okładki papierowe, które wlepiono na początku i na końcu rękopisu.

Deus in adiutorium &c. Gloria Patri &c.
Hymnus.

Nigras carceris intrat in catastas,
Arcto cardine clauditur, serenus
Vir mentis: nocuit nihil liturae
In constanti fervor novaque vita.
Templum carcer erat locusque coeli:
Hinc grandes animae faces tulerunt
Mortem: claustra quibus focus fuere,
Loiolae, quibus et sacras lucernas
Accendebat amor salutis: huius
Noctes carceris ignibus Prophetes
Latus pertulit ut senex videret
Christi: vel comes illius vel Heros.
Maior gloria crescat inde summo &c.
Versus: Oratio ut supra. Benedicamus Domino &c.

Ad Vesperas

Deus in adiutorium &c. Gloria Patri &c.
Hymnus.

Iam Loiola, tuum, caput, Latina
Spectat laurea: plausus et Quirini:
Plenis Appia et cupit triumphis
Regnum augere. perge victor orbis,
Maior fascibus ad trophaea natis:
Urbem non prope, sub domus coruscantis
Intrat pectora lecta: flectit ora:
Effusis precibus, fatigat astra:

Eri christo cruce, splendida gravato
Commendat Pater ignitum Parentem:
Spondet filius obligatus pectus
Rome fundere gratus fluentum. Maior gloria e

Antiphona. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce
Domini nostri Jesu Christi; per quem mihi mundus
crucifixus est, et ego mundo. Galat: 6 v 14.
versus: Oratio, ut supra. Benedic – Fidelium e

Ad Completorium

Converte nos Deus e Deus in adiutorium

Hymnus.

Vitae primitias simulq morum
Suxit de stabulo latente Christi:
Hic cunis bibit aureum fluentum
Quo succresceret ad litantis aras
Aetas: memor istius, stremi
Caelo primitias Deo, Mysta
Ad praesepe sacrat, quod urbe vagit
Infantis lacrimis et ore Jesu.
Hic cum sanguine lac Dei Puelli;
Miscens, diffluit arte delicata
Cordis: dedicat et suos labores
Ad quos natus erat, novosq vitam. Maior gloria

Antiph: Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis pla-
cuit Deo, et inventus est iustus. Eccli 44.
versus Oratio, ut supra. Benedic Dom. Fidelium

Commendatio

A Jesu tibi gratias vetustas,
Quamvis occinui metro silente,
Nec grata lege sancte Patriarcha,
Grata fronte: leva, sub astri carmen
Et nostro seria flamma calor
Qua vivis Pater igneus inventus
Fac Loiola meum calere metrum.
Ac ardere tuas ab igne laudes
f. ∞. ∞

Gloria Carmeli, Corona
vitae Mariae Marianae
gaudiis et doloribus pertexta

Ad Matutinum.

Eia mea labia e Laudes et praeconia e
Deus in adiutorium e Domine ad adiuvandum
Gloria Patri et Filio e Sicut erat e
Hymnus.

Carmeli viridis, ecce vere gratias
Mens devota sitit: quas super, igneus
Sol fundit faciem Virginis, et diem.
Hic vultus Mariae, uti serit intimum:
Flores atque novos semper alit: rosas
Nutrit purpureas: Lilia gemmeis
Expandit foliis: et violas grani
Permiscet tulipae.

Permiscet lilijs: Mons sacer eluat
Ad matrem teneræ frontis imaginem;
Ac in serta rosas, collige, lilia:
Hic a te redimi tempora florida
Possit, virgo; comas plexuit aureas.

Antiphona. Veni de Libano, sponsa mea, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon. Cant. 4.
℣. Astitit Regina in vestitu deaurato
℟. Circumdata varietate.
Domine exaudi etc. Et clamor meus etc.

Oremus: Deus, qui Mariæ virgini, dignissimæ filiæ tuæ M... tri, coronam a nobis nectendam de eius vitæ gaudijs ac doloribus docuisti: præsta quæsumus, ut eam coronando in terris in cælis coronatam videre mereamur. Per eundem Dnum nrm.
Benedi. Dno etc. Fidelium animæ etc.

Ad laudes.

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Flores lætitiæ communt apex sacri
Carmeli, nitido germine virgini:
Quos ex empyreo sparsit ager, seres
Ver terris Gabriel. Lilia de manu
Plantavit nivea, quæ pudor insidet.
Hic montana scandant incolæ pede
Quæ sub virgineo floruerant; agens
Addit Bethlemius, quod genuit, genus.

Florum, quos lacrymis emittis Puer
Flumen, cum sitiens ~~pectora~~ poposceris
Matris, cumque famem pasceris ubere.
Ergo laetitiam linque, nectare gratius..

Antiph: vers: Oratio: ut supra. Benedic Dn e

Ad primam.

Deus in adiut e. Gloria Patri —

Hymnus.

Oblatus, superum vultibus hic fuit
Flos, quo lecta ligo virginis: in manus
Matris redditus, et gaudia reddidit.
O quantum decoris, dat diadema hic
Hic Flos virgineo: talia gemmis
Non imitat capitum tenia flexibus,
Ornamenta, super, dum nitet, aurea
Regum fronte, notans nomina luminum.
Flos inuente, domo Patris in aurea
Auxisti cumulum laetitiae, tuae
Matri, quo tituli tempora vertiis
Vincires, animum sed magis intimum.

Antiph: vers: Oratio: ut supra. Benedic Fidelium

Ad 3tiam.

Deus in adiut e Gloria Patri —

Hymnus.

Hortum Gethsemani dux aperit dolor
Ex quo pulchra. libet germina colligi
Florum: quos alunt, sanguis, amabili
De Christi profluens corpore: quos pudor
Tinxit prolicibus verbere plurimo
Et centum patulis vulneribus, toto
Toto seu oculis seu manibus, necem
Instigante Dei. Virgo dolens Deum
Et Natum, en ipse multi ager typo
Herbarum imbuit, sit seriem tui
Serti; quod geminus sena phalanx choro
Stellarum, rutilum nexuit ad decus.
Antiphona: Versus: Oratio, ut supra. Bened' Fidelium

Ad 6tam

Deus in adiutorium & Gloria Patri &

Hymnus.

Ver spinis abigo, verbis de tuo
O! Regina dolens: uepribus his rotæ
Pandunt purpurei munera sanguinis,
Quem Christi cerebro, quem capitis sinu,
Suxerunt: decus hoc in capitis tui,
Tractum fronte sua, vertice splendido
Olim deposuit. Quid nisi tamen
Regalem capiti nexuit ad tuo?
Quidquid floris erat de crucis arbore
Quam portando tulit, contulit integrum
Ornando capiti, Virgo Parens, tuo.
Flores non memoro, quos quibus albuit.

Antiphona: Versus: Oratio: ut supra et Bened.

Ad Nonam.

Deus in adiutorium, et Gloria Patri et

Hymnus.

Iam ver sanguinis aureiq flores
Vernant corpore, vulneribusq plagis,
Quas Christus tulit a manu cruenta.
Gaudet surgere tandem sepulchri,
Victor stemmus inferi, aeliusq
Inter classica laureas et orbis,
Sertum de quibus auget Innocenti
Matri, comis, et explicat triumphos.
Cum verò super aetheri propinquum,
Montem splenduit, ac reliquit altos
Passus, sidera sublevandus inter,
Quot flores, tibi, virgo, seminavit!
Antiphona: Versus: Oratio: ut supra. Benedic

Ad Vesperas.

Deus in adiutorium et Gloria Patri et

Hymnus.

Inter florida festa solis atq
Flammae numinis, quiret corona,
Cultis frondibus affluente maio.
Perflat spiritus editas aprico
Herbas, irrigat, educat Parenti

In sertum Mariæ, ligatq flores.
Pulcherrimam lethi dedit coronam,
Penetrasse tibi beata virgo:
Aspersit violis caput rosisq,
Cordi lilia regiosq plantas
Inspersit, niveam poli inueniam:
Ergo hinc integram, sancta sis, coronâ
Antiphona: versus: Oratio: ut supra. Benedic—.

Ad Completorium.

Converte nos Deus in adiut. Gloria

Hymnus.

Tandem cælica te vocant, Maria
Regnans, atria; te Thronus Domusq:
Summi regia te petit Tonantis.
O qua pompa tuis paratur Hospes
Princeps plausibus! o quibus coronis
Es dignanda! Pater ligauit unam:
Vittam Filius alteram reuinxit:
Numen Flammeq tertiam parauit.
Ergo vertice dum corusca stabis,
Quasquis gloria sparget ante plantas,
Flores virgo, tuasi mihi relinque,
ut paruam tibi finiam coronam.
Antipho: versus: Oratio, ut supra. Bened—.

Commendatio

Carmeli decus hæc Corona, magnis

Adsterni pedibus petit, Maria
Nam puris vertice digna non habetur
Umbras fundere, terreosq. vultus:
Stellis quem tibi fulgidos decoro
Cingunt, atq. diem volunt perennem.
Quin Sol ipse, iubar reflectit in Te,
Ut sis integra Solis in corona.
Flores attamen intuere nostros
Et ver mentibus infer sempiternum.

Flos virginis, Hyacinthus beatus, manus inserit
Mariani, quae est plena hyacinthis. Cant.

Ad Matutinum.

Dne labia mea aperies. Deus in adiutorium
Gloria Patri et Filio Sicut erat in principio.

Hymnus.

Flos Hyacinthus oler, Marianis cultus in hortis
Lechiae, qui nomina campo
Cum pietate dedit.

Ille verecundo nutritus floruit astro,
Aurorae ac ubera suxit,
Caelitiumque favor.

Ror rosis purpureus sobolem lactaverat istam,
Pavit nimbus rosarum,
Ipseque strinxit amor.

Antiph: Invenit Moyses germinasse virgam Aaron, et
turgentibus gemmis eruperant flores. Num: 17
℣ Flores apparuerunt in terra nostra.
℟ Tempus putationis advenit.
Domine exaudi orationem meam Et clamor meus
Oremus. Deus, qui Sancto Hyacintho Confessori tuo teneram
pietatem in Mariam virginem inspirasti concede
quaesumus, ut eius imitatione vernantes viridi
semper amore in eandem floreamus. Per
Dum D Benedicamus Fidelium

Ad laudes.

Deus in adiutorium Gloria Patri

Hymnus.

Aetas prima fuit Pueri, quae floribus horti
Illius, quem virginis ora, Inspiciendo fovent.
Pendebat niveis lactens Hyacynthus ab ulnis
Divinae matris, et suo Nectare potus erat
Quo Pallas mommi Parens sua pignora potat
Ac educat inter amores Numinis et superum.
Antiph: Ego flos campi et lilium convallium: sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Cant: 2
Versus: Oratio: ut supra. Benedic Fidelium etc.

Ad Primam.

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Postquam iam meliore toga decoratus adesset
Mommi quem laurea cinxit, Et pietatis honor
Cruciadum fuctus signante Canonicus ipso
Illius Praesule templi Reguli lexis loci.
Primus senibus docuit quamvis fronte iuventam,
Exemplis traxit et orbem, Sarmatici populi.
Hymnus: Quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris, et honestatis. Eccli: 24.
Versus: Oratio: ut supra

Ad 3tiam.

Deus in adiutorium - Gloria Patri etc.

Hymnus.

Iam Latior Hyacinthe Polos reddimire laboras.
Et in alti Castra Quirini, Angelus arma ini

7

Candida Relligio te Heroem posuit, et unum
Lechici quis Nomina Campi, vel super astra ferat.
Dominici te teda Cieri, color allicit albus,
Et hinc nomus Angelus orbi sacrandus vedens.
Antiph: Quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi
lilium, quod est in transitu aquæ. Ecch. 50
Versy: Oratio: ut supra e. Benedic e Fidelium

Ad 6tam

Deus in adiuto: e Gloria Patri e
Quam felix ager iste fuit, quo semina uitæ,
Differeres Marianus honorem, Virginis æthereæ,
Dixisti Matrem; Tu: floribus eius ab horto
Roseo, Vincire coronam, Arte precamè docus,
Te præeunte ligat, canit atq. rosaria Lechus
Ornat quoq. tempora Matris, Ornat et ipse pedes.
Antiph: Veni de Libano sponsa mea, veni, coronaberis,
de capite Aman, de verbice Sanir et Hermon. Can: 4
Versy: Oratio: ut supra e

Ad 9nam

Deus in adiuto. e Gloria Patri.

Hymnus.

Cum virtutis opes magnas tibi sancta fudit,
E cælo miracula patrat,
Flos Hyacinthus aquæ.
Ecce per Athulers distendit pallia fluctus.
Instar quoq navis, in undas
Dirigit illa, natans.

Transuehitur Comitesq Suos rate traijcit ista,
Prodigio Submixus Eliæ
Ac Eliseæ tuo.

Antiph: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. et folium eius non defluet. Psal: I.

Ad vesperas

Deus in adiutorium et Gloria Patri et

Hymnus.

Egressus Lechiâ, secum, portenta per oras
Rossiacas dilatat: et astra
Mira nitere facit.

Cultor ubiq Suæ Matris: Sic turbine cinctus
Constatio, mirabilis exit
Verior alter Athlas.

Nam cælum Mariæ, quod saxea tollit imago,
Humeris virtute secundis
Extulit in Patriam.

Antipho: Date florem Moab, quia florens egredietur et ciuitates eius desertæ erunt; Hierem: 48

Versi: Oratio ut supra. Benedicamus et Fidelium

Ad Completorium

Conuerte nos Deus et Deus in adiutorium

Hymnus.

Sic postquam Matrem, Patriæ, Nitonia reddit,
Et Natum reddit eidem,
Flos, te, Hyacinthe, Suum.

Detessas meritis, occumbis; pectora distlas:
In nostra solatia dictus
Emoreris Pater.
Exuuias Craco: sed cordis pignora, Regno;
Linguis, Patronus et Hector
Corpore, mente, manu.

Antiph: Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina: laquearia nostra cypressina. Cant: 1.
Vers: Oratio: ut supra. Benedu Fidelium

Commendatio.

Incomptos flores meriti Flos accipe, quaeso:
Sed comptos redde, legendo
Veris ad ora tui.
Quos veri tituli cecini, nunc applico voto,
Te manibus sacrando Maria:
Has Hyacynthe reple.
Est ibi prae multis Hyacinthina lecta supellex,
Quae exornat munera dextra,
Omnia tu unus habes.
At ex his opibus, ramum, vel flore, Corona;
Quo Corpus, mensq vivescat,
Numinis aure iubar

Otia Pœnitentiæ, quibus D. Magdalena vacabat.

Ad Matutinum

Domine labia mea aperies. Et os meum &c.

Deus in adiutorium &c. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Peccatrix Solymæ Magdalis urbis,
Quæ tædam sceleram prima tulisti;
Cor succende tua face
Cui flammis aluit Deus.
Ut te laude sciam pangere digna,
Et castis lacrymis tingere pennam;
Intendit dolor, otiis
Incomptis, tua, ducere.
Quæ in Massyliaca mersa eremo
Complesti meritis numine plenis;
Cum post plurima crimina,
Ploraret pia pœnitens.

Antiph: Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium eius: Prov: 31

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Dñe exaudi orationem &c. Et clamor meus &c.

Oremus: Deus, qui beatam peccatricem Magdalenam ad sancta pœnitentiæ otia scrutantur induxisti, præsta quæsumus, ut, quam pro exemplo pœnitentiæ

religiosissi eandem imitari ut dacas qui delicta vitæ eluere in hac vita mortali. Solutæ desideravimus. Per dm̃ Dnum. Benedic. e Fidelium. e

Ad laudes.

Deus in adiutor. e Gloria Patri. e

Hymnus.

Convivam mediter Magdalin Maria
Quæ replet pateris ubere fleti:
Accenditq sitim sui, illis, quos videt, assidue.
Hic et prostituit pharmaca mundi,
Hic unguentum sui prodigit oris,
Fundit balsama largiter, in christi niveos pedes
Fracta perspicua pyxide vitri.
O quos spargit odor dulcis, odores.
O nardus, quibus imbibus defluxit superomnis!

Antiph: Quæsivit lanam, et linum, et operata est consi: lio manuum suarum. Reso
Versic: Oratio: ut supra. Bened. Dnum. Fidelium.

Ad primam.

Deus in adiutorium e Gloria Patri

Hymnus.

Peccatrix sapiens, qua statione es.
Et quæ magna cies, otia mentis.
En Christi pedibus, tua
Sacras fortior otia.

Hic sibi locuples ac animosa,
Hic dum prona cadis, surgis in astra:
Devincisq; Dei pedes
Nullâ liberior manu.
Retro te Pietas sistere iussit,
Et verbi faciem Numinis in te,
Sic me quaeso loca reum;
Ad Christi iaceam pedes.

Antiph: Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum.

Vers: Oratio: ut supra. Benedic. Fidelium.

Ad 3tiam.

Deus in adiut. et Gloria Patri etc.

Hymnus.

Largo, quando pluunt lumina nimbo,
Uber messis erit, Magdalis: ecce
Plenis gratia fascibus
Illi se simul alligat.
Plantas rore rigat, Numinis ambas;
Ac undante lavat fontis in imbre.
O quo mens pia balneo,
Baptismum recipit novum!
Hoc in diluvio crimina mergit,
Et victrice canit voce Celeusma,
Lauros nectite siderum,
Et paeana choris date.

Antiph. Gustavit, et vidit quia est bona negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus.

Vers: Oratio, ut supra: Benedic & Fidelium &

Ad Tertiam

Deus in adjut. & Gloria Patri &.

Hymnus.

Fingit plura dolor munera, flentis:
virtutis, scelerum vulnera sanans,:
Pulchris ista paenitens
Ducit Magdalis artibus.
Abluitur lacrymis, non pretioso
De bombyce, pedes, femina tergit,
Crinesque, carbasis optima,
Et mantile fuit sibi.
Abstersis ita, mox oscula libat,
Et planctus, pedibus, sancta virago,:
Nam certi fuit ominis,
Se se a Numine diligi.

Antiph: Stragulatam vestem fecit sibi, byssus et purpura indumentum ejus.

Vers: Oratio: ut supra: Benedic Fidelium.

Ad nonam.

Deus in adjut. & Gloria Patri &

Hymnus.

Auscultans cathedram conscia verbi,
Ac sensu cupido dogmata potat,
Qua Christus studio labia
Fundit per populi sitim.

Ergo flexa sedet proxima plantis
Et foecunda bibit flumina vitae,
Martha sollicita domi,
Cura plurima pariturque.

Hinc quam prosperior facta sorore,
Promulgata Dei, Magdalis ore est.
Partem scilicet optimam
Elegit soror optima.

Antiph: Os suum aperuit sapientiae, et lex clementiae in lingua eius.

Vers: Orat: ut supra: Benedi: Fidelium.

Ad Vesperas.

Deus in adiutor. Gloria Patri

Hymnus.

Tandem Magdalis haec vincula rupit,
Quae servile scelus iecit in illam
Ad Christi recubans pedes, Audit pectoris emissum.
Quam dictavit amor: Libera fias
Peccatrix, scelerum compede soluta:
O vox Numine nata, cui Caelum terraque consonant

Surgit læta suo Magdala casu,
Ad primas animæ reddita leges.
Ad quas vixerat innocens, Nondum conscia criminis.

Antiph: Manum suam misit ad fortia, et palmas suas extendit ad pauperem.

Vers9: Oratio, ut supra. Benedi: Fidelium:

Ad Completorium

Converte nos Deus e Deus in adiutorium

Hymnus.

Nunc iam laurigero, plena triumpho
Frontem sub medÿ lumina solis
Et mentis iubar erigit, Flens innixa Deo suo.
Conclusas vestræ pectoris arces
Et quæ fecit amor, stringit in astra
Cordis spicula mellea, Quæ cor Numinis impetunt.
Pleno Numen adit pectoris æstu.
Et multis animi diligit ausis.
An non scit amabile Christi pectus ea manu.

Antiph: Fortitudo et decor indumentum eius, et videbit in die novissimo.

Vers9: Oratio: ut supra. Benedic Fidelium e

Commendatio

Decantata tuæ Magdala vitæ
Incomptis relegens otia metris
Felix sanitaq Pænitens
Me vitam similem doce.

Parodiis ad Cunas Marianas,
Angelicis.

1ma Seraphinorum

Ignis alit cantum, plausus quoq. flamma ministrat
Qua noster ardet, perficiturq chorus.
Matris Natalem, primaq cubilia lucis
Congruit ut noster nunc moduletur amor.
Et cunas etenim vosses, et Nomen amamus
Illius, Summum, quod, paritura Deum est.
Virginis ad flores, quos alma gratia compsit,
Seraphicus vernet, floreat atq rogus.
Accipe supremae Superum castissima linguae
Virgineum caeli, candida Virgo, melos.
7 Ave Maria.

2da Cherubinorum.
Mentis divinae, quos alit Summum iubar
Et educat Scientia,
Cherub profundo te colit Virgo, Puer,
Cultu, sed alto Spiritu.
Semper loquentis nescieris, Verbi Parens:
Sapientiaeq nutrices
Cuius beato vere lactamur: quibus
Mens docta nescieris Scholam.
Quidquid Minerva fudit in Musis meos,
Lactamus hoc Infans tibi.
7 Ave

3tia. Thronum.

Throni Mariæ, Sidera construant,
Tollantq: Puellæ virgineam, super
Telluris, et cœli cacumen,
Vel gremio foveant Tonantis.

Nos, non eburno pegmate regiam
Sellam locamus; Sed Solium sumus,
Ipsi, Puellæ Matri, Dei:
Este precul thalami conscii!

Et quidquid aulæ, splendet, honoribus!
Nostri pudoris Purpura congruam
Pompam lecabit: Æterni ignes
Cœliferis sine labe Proli.

7 Ave

4ta Potestatum.

Primi roboris, et potentis aulæ
Dextrā, virginis erigamus aram.
Hæc, Infantis, dedicata cœlo,
Primos pectoris offerret calores
Matris, regia quam ligat, Puellæ
Cultus Fascia candidata gemmis.
Huic nos addimus, ignes vibimus
Et respergimus astris, ser beatas
Curas lacrymis mellæ, quas rigabit.
Quas nullus vitiat Civis malignus.

7 Ave

5ta virtutum.

Virtutum Dominam, cingimus ordo
Caelestis modulis: et dum sumus editi,
Virtutes stetever, Numinis, Auliei:
Virtutem voluimus discere, quam docet
Roles nati Deo: quam sibi stabili
Cum primis genuit pectoris ignibus:
Cur maior tamen est haec probitas tua,
Nostrae, Virgo Parens munere gratiae.
Ante sidus ades, viulre quo venit,
Per te summa Poli primaque sanctitas.
7 Ave 3

6ta Dominationum

Regnorum Dominam pati
Culti, qui regimus, quibus
Est nomen dominans, simul
Et munus sapientiae,
Quae regnat populis: Ave
O summi Genitrix Dei.
Et, quo plena, prius pater,
Quam, casto stabulo patris.
Nos fasces tibi ponimus:
Tu regna dominareque.
7 Ave

7ma Principum.

Principes ali tibi colla flectunt
Virgo supremi Genitrix Tonantis
Ponimus mitras, chlamydes et ostr.
Lumina puri.

Cedimus nomen, tituloq priscos,
Nos quibus Numen fecerunt
Jure naturae, quibus et opimae Gratia dextrae.
Principem caeli canimus Tolij
Te Parens verbi solidi fulcra
Plausibus nostris veneta pudica, Ora juventae.

7 Ave

Quinta Archangelorum.

Ave Puber gloriosa Cui ex ore fragrant rosa
Et resflorent lilia.
Videmus ex tuo vultu, Quem flexo Hispani cultu
Quod sis Mater Maria.
Mater futura Numinis, Cui carnis, et sanguinis,
Florem, dabis, proprij:
Et Gabriel nostrum unus, Legati iam peraget munus,
Teq Matrem Filij
Dicet tunc, plenam Domini, Qui regnat sine termino
Tempestive dic: Fiat.

7 Ave

Nona Angelorum.

Tandem posthuma coelitum Te divina Puerpera
Infans Matribus omnibus Felix nobilior quoq
Omen te canit: et metris Aurora quibus occinit,
Natales celebrat tuos. Nostrum quilibet in tuos
Consessibus famulos cupit: Et cunabula floribus
Aspergat varijs tua. Quos non Nazareth educat
Aut verni Libani iuga: Sed coeli viridaria:
Quos nimbis roseis alunt. His te plausibus Angeli

Cantant: insuper e suo Festi obsequio, Atis
Adducent animas pias Aesthe: agmina florida.

Duo Seraphini: Ignei duo Francisci
seraphici et Ignatius Borgius e sicino festo
celebranti.

Officium D. Francisci Seraphici.

Ad Matutinum.

Domine labia mea aperies e Deus in adiutorium

Hymnus.

Umbriam sidus recreans, serena,
Grande Franciscus facie: conspicit
Et iubar vitae, radiante terris Explicat ortu.
Sicut aurorae pudor, eminente
Luce resplendet, roseusque cunis
Vultibus castis et amante caelum, ore Coronae
Seraphim natus, cubat inter ignes
Sicut in flammis adamas, vel Afris
Gemma telluris; vel ab igne prodit Pulchrius aurum
Seraphim stabant, sex alae uni, et sex alae alteri.

Antiphona

Vers. Ignis a facie eius exarsit
℟. Carbones succensi sunt ab eo.

Dne exaudi orationem meam: Et clamor meus ad te veniat
Oremus: Deus, qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis
fetu

14

stati nova prole amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere et cælestium donorum semper participatione gaudere: Per Dominum nostrum Jesum Christum qui etc.
Benedicamus Domino etc. Fidelium animæ etc.

Ad laudes.

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Quantus ex ipsis aperit iuventam
Fascijs Infans? adolescit ille
Divitis cælo: generosus orbem Spernit Alumnus.
Pauperi turba, patria relictæ
Haeres gazæ tenuatis censu.
Imo nec vestem retinet caduco Corporis usu.
Et canit coram Patre, Præsulique
Judicis vultu: quia dulciore
Occinet labro,: Pater es supremus Noster in arce.

Antiph: Seraphim, duabus alis velabant faciem Dei, et duabus velabant pedes ejus. Duabus volabant: et duabus velabant pedes ejus.

Versus: Ignis in conspectu ejus exardescet.
℟ Et in circuitu ejus tempestas valida.

Oratio ut supra. Benedicamus etc. Fidelium animæ etc.

Ad primam.

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Regulæ formam legit e perennis
Dogmatis verbo, quod, evangelizans
Lingua, effatum: iubet illud omnes Linquere terras,

Ergo non auri placet inde fulgor:
Non et argenti nitor atq; gemmæ:
In fini cordis nihil est beatum Praeter amorem.
Non duplex vestis tegit, aut decore
vellens albis; nidi ambit illum
villus et crassæ femurq lanæ Stringit amictus.

Antiph: Et clamabant Seraphim alter ad alterum: et dicebant Sanctus Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.

℣. Dignus es Domine Deus noster
℟. Accipere gloriam et honorem et virtutem.

Oratio ut supra. Bened. Fidelium.

Ad 3tiam

Deus in adiutorium: Gloria Patri

Hymnus.

Conveniunt pulchro duodeni cœlo
Castra Francisci: Duciburg replet,
Quam iugi buxus, pariq; infinitati Numinis arma.
Tot sibi Stellas humilis requirit
Duchus in frontem, quas habet docentes:
Pallidus vertex, cui Sol amictum, Lunaq; Sterni
Ille per terras, Pelagiq; noctes
Sparget illustres Latij colores
Ille succensas fidei lucernas, Astraq; tendet

Antiph: Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis: et domus repleta est.

℣. Eloquia Domini, eloquia casta
℟. Argentum igne examinatum.

Oratio, ut supra: Benedic Domine, Fidelium animae &c.

Ad Sextam.

Deus in adiutorium &c. Gloria Patri et Filio. &c.

Hymnus.

Concipit vimas, Domus alma, nomen
Cui dedit priscus laremin Castelli,
Cui nouat vultum pietatis alto Gratia cultu.
Ergo Franciscus humili viuinel
Consulit, sibi humilis lacerto
Subjicit fortis, leuat et cadentes Culminis artus.
An sub aeternum negligi cacumen
Flammi ensuri sacri tecta templi
Ferre! virtutem cui frons subornat ipsa Torm
Antiph: Audiui vocem: quem mittam? et quis ibit nobis? et dixi:
ecce ego mitte me,. Ps: Ps.
℣ Igne me examinasti.
℟ Et non est inuenta in me iniquitas.
Oratio ut supra: Benedic &c. Fidelium &c.

Ad Nonam.

Deus in adiutorium &c. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Quam facem pleno fouet in profundi
Pectoris zelo, tenet inter atras
Gentium noctes tenebris lucem, spargit amicam.
In feros fundit Mahometis umbras
Numinis tedam, reuereatque terras
Quas fides nuper vidit beatae lucis alebat.
Insuper sanctam comitum phalangem
Mittit ad gentes: fidei lucernas
Quae diem caeco populo, concessi Astraque flerent.

Antiph: Et volavit ad me unus de Seraphin et in manu
eius calculus quem forcipe tulerat de altari.
℣. Ignis ante ipsum praecedet
℟. Et inflammabit in circuitu inimicos eius.
Oratio ut supra: Benedicendo

Ad Vesperas

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Iam sanctum sacrum Michaelis ante
Festa, consumit: numerando soles
Per quadragenas seriem dierum, Astraque rite
Abstinet mensa sed alit beato
Spiritu sensus: cibat Angelorum
Pharmaco mentem satiatque sancti otia cordis
Interim flammis Seraphim amictus
Devolat coelo: notat ille quinum
Vulnus et Christum bene sculpsit alter Angelus idem.

Antiph: Et vidi librum scriptum intus et foris,
signatum sigillis 7. Apoc. 5 (?)
℣. Apparuerunt illis dispertitae linguae tanquam ignis
℟. Seditque supra singulos eorum
Oratio ut supra: Benedicendo Fidelium

Ad Completorium.

Converte nos etc. Deus in adiutorium etc. Gloria etc.

Hymnus.

Restat extremae inter sua aura:
Ille Franciscus morientem severo,
Ante intervmi iubet, hic Musis occidit Ignis.
Occidit Flammae gemis Anglorum
Vultus at Icon: hominum lumen
Et cui tellus doleat, quod eius occidit astrum.
Sed melius gratum moribus audi, —
Terra: cantatum quasi dote carmen.
Ingenii: expectant mea vota ipsi etiam in caelo.
Antiph. Locuta sunt septem tonitrua voces suas:
℣ Ignis a facie eius exarsit.
℟ Carbones succensi sunt ab eo.
Oratio ut supra: Bened Dno, Fidelium

Commendatio

Spiritus aeternis fruitura mensis:
Seraphim terrae quod habet caducum
Carmen, exsolvi vides, beatis Ignes vitae
Hoc ab affectu magis igniculo
Quam foco Musae, solat ante culmen,
Quo sedes Ignis: pretium laboris, vultibus adde.

Officium B. Francisci Borgiæ.

Ad Matutinum

Domine labia mea aperies &

Deus in adiutorium meum intende Gloria Pa.

Hymnus.

Innocens ignis, cui corda novit
Borgia Puer caleseit astra,
Laude Francisci teneros tenerum Franciscum astra
Hic Puer cælo ipse iubebat,
Et domo tota Patriæ iuventum
Candidam sparsit: date metra casta,
Plaudiq Divo Puero recenseat igneas flammas
Carminum ludo pelimus flores
A quibus nostræ revereantur omnes
Orbita vitæ.

Antiph: Iustorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit, usq ad perfectum diem. Prov: 4.

℣. Egredietur ut splendor iustus eius.

℟. Et ut lampas accendetur.

℣. Dne exaudi orationem meam &

Oremus: Domine Jesu Christe veræ humilitatis exemplar et præmium; quæsumus, ut sicut B. Franciscum in terreni honoris contemptu imitatorem tui gloriosum effecisti ita nos eiusdem imitationis tribuas esse consortes. Qui vivis et regnas

et gloria

Benedicamus Dno & Fidelium &

Ad laudes

Deus in adiut. Gloria Patri et Filio

Hymnus.

Misit augustes Isabella manes
Ad Dei nutum, cinerum relicto
Patriæ busto: fuit ergo, triste, Regia, templum.
Aspicis funus, stimulare zelo,
Borgia: tumbali reserat coruscam
Dispensatricis, stabitam, sentis pectore tædam.
Hic cinis flammam pietatis in te
Excitat: fumo nigrefacta orbem,
Atque te mundi docuit caducam Temnere formam.

Antiph. Ingredieris in abundantia sepulchrum: sicut infertur acervus tritici in tempore suo. Job 5

℣. Cinerem tanquam panem manducabam.
℟. Et potum meum cum fletu miscebam.

Oratio: ut supra. Bened. Dnd. Fidelium animæ

Ad primam.

Deus in adiut. Gloria Patri et Filio

Hymnus.

Coniugem postquam sepelis ducalem
Borgia: mundum tumulas operis
Dissimul: vitam placiturus astris, vivere tentas.
Ignei cælebs, cupis esse miles:
Induis pullam chlamydem, latentis
Sub toga flammæ, bibis ac amoris ore salute

Mox ab extincto Principum Severo,
Angelum claustri petis, et timetur
victor, immensam spolijs laboris sternere pomp[am]

Antiph: Sol factus est niger, sanguinem sacerus. ... et lunam facti est tota ... sanguis. Ps: ...

℣. Ego autem, cum mihi molesti essent,
℟. Induebar cilicio

Oratio: ut supra: Benedict. Dnd. ... Fidelium.

Ad tertiam.

Deus in adiut. e. Gloria Patri e.

Hymnus.

Inchoas a te, Generose Ductor
Prelium, frangens aciem tuorum
Sensuum, corpus referente Christum, Peste cavens
Jam tibi ferrum, sitis et flagella
Militant, contra generis furores:
Cordis et turbas: sed ab hoste multi, laurea mul[ta] est
Quo magis dextra propria cruentus
vinceris, palmas tegis et triumphis
Computatis plures, spolioq. caetum ... ditas

Antiph. Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare
in medio inimicorum tuorum. Psal.

℣. Dominus a dextris tuis,
℟. Confregit in die irae suae reges

Oratio ut supra: Benedic. Dnd. ... Fidelium

18

Ad 6tam.

Deus in adiut. Gloria Patri.

Hymnus.

Inde Loiolam sequens per omnes
Ordinis passus: severitis alto
Caelibum sensu datus est, supremis Ignibus ignis:
Ac in ardenti solio locatur
Divides flammis: veluti corusco
De Throno Titan, Lechiam disertis Perficis astris.
Mittis in regnum Socios Polonum,
Et faces magno recreas sereno,
A quibus terrae populus beato Ardeat aestu.

Antiph. A summo caelo egressio eius, nec est qui se abscondat a calore eius.

℣ Ignem veni mittere in terram.
℟ Et quid volo nisi ut accendatur

Oratio ut supra. Bened. — Fidelium —

Ad 9nam.

Iam vespugnantes tibulos ab aulis
Mentis ablegas: petit en galerus
Purpureus sacros, sed eum precante Pyrlie alcus.
Eluis nomen tamen ipse sanguinum;
Esse peccatoris legeris papyro
Nuntius: talem tibi penna dextra, Scribit honores
Ergo portaris super omne culmen
Nominum: dici cupiens et esse
Sub Crucis planta minimus sed alto Pectore miles.

Antiph: In fide et lenitate ipsius, Sanctum fecit illum et elegit eum ex omni carne. Eccli 45.
℣ Justus ut palma florebit
℟ Sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio: ut supra: Benedi[illegible] Fidelium

Ad Vesperas.

Deus in adiutorium et Gloria Patri.

Hymnus.

Cum famen [illegible] epulas opimas
Borgiae mensa [illegible] fruitur, diis[illegible]
Nulla [illegible] cui non abundans [illegible] esca,
Pane sub parvo, locuples cibatur
Dum tibi, felix epulum, Sacerdos
Borgia: Sensus [illegible] profundo, Mergis in una
Pascis et [illegible] [illegible] [illegible]
Nihil, [illegible] memor [illegible] [illegible]
Exerens [illegible] faciem, calentis [illegible] et ignes

Antiph: Cibavit eum ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eum.
℣ Panem de coelo praestitisti ei
℟ Omne delectamentum in se habentem.

Oratio, ut supra: Bened: Fidelium etc.

Ad Completorium.

Converte nos Deus et Gloria Patri etc.

Hymnus.

Ultimos Soles tegit, hora clarus,
Nube mortali: tamen, absq nimbo
Occidis, nullas lacrymas sepulchri Elicis ipse.
Penitens multis cadit unda mortem
Opperientis; tibi Sanctus imber
Vix pluit, quando moveris severis Pavor astris.
Non habes, quod tu doleas, Lauentq
Borgia, vitam niveam serendo
Ante conspectum Domini, innocentis more Columbae.

Antiph: Iustus si morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Eccl. c. 4.

℣ Pretiosa in Conspectu Domini
℟ Mors Sanctorum eius.

Oratio: ut supra. Bened. Dno. Fideles —

Commendatio.

An tibi metrum hoc poterit nitere,
Borgia! cuius vidimus Vultum
Est dies tertius; pudeat Poësin Te cecinisse
Cuius est carmen Sacra vita; cantus
Mellei mores, moduliq grati:
Quidquid est tandem; velut aethra nigrum
Accipe mubes.

Festum Civitatis aeternae
die omnium Divorum.

Ad Matutinum.

Domine labia mea e Gloria Patri e

Hymnus.

Respergit radiis gloria caelitum,
Diffunditque iubar lux Patriae Sacrum:
Terris irradiat diem, Regni splendor et aurei.
Ergo quisquis ades, Surrige palpebras,
Et vultu nebulam, si qua fuit genis
Puro lumine discute, Pompam cerneque Seculi.
Huc mentis cuspides, oculos Homo,
Ac pennas aquilae praepetis indue:
Ut Soles videas supra caelica culmina.

Antiph: Laudate Dominum in Sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Psal.

℣ Laudate eum in virtutibus eius
℟ Secundum multitudinem magnitudinis eius.

Domine exaudi e Et clamor meus e

Oremus: Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quaesumus ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dnum nrum Jesum.

Benedic Dno e Fidelium animae e

Ad Laudes

Deus in adiutorium e Gloria Patri e

Hymnus.

Angeli

Primas festa tubas Angelicas sonant:
Jucundisq chorus gratia carminis
Summum Numinis sedum circumeingit et occinit.
Fulget purpureis aula nitoribus,
Et quidquid locuples sors parit aetheris:
Electus lapidum decor; Bombÿcisq superbia
Mollivit chlamydes, Pinxit acu Togas.
Frontes Angelicae flammea pectora
O quanto stimulos face vestram cernere gloriam.

Antiph. Angeli, Archangeli, Throni et Dominationes
Principatus et Potestates, virtutes caelorum, Cheru-
bim atq Seraphim, intercedite pro nobis.

℣. Laudate Dominum omnes Angeli eius.
℟. Laudate eum omnes virtutes eius.

Oratio ut supra: Benedic Dne, et Fidelium.

Ad Primam.

Deus in adiutorium et Gloria Patri et Patriarch

Hymnus.

Quam illustrata Patrum temporis aurei,
Maiestas radiat! Frons Hominum gravis
Ac dum ueteris decus, festis fulget in exedris.
Haec aetas meritis splendida vestris:
Legem quae docent, vultibus explicans:
Illi vita fuit liber, Pandens regula moribus.
O vos siderei lumina circuli,
In terras hyemiles spargite munera,
Aut micas epuli laeti, largis spargite dexteris.

Antiph: Mirificavit Dominus Sanctos suos, et exaudivit eos clamantes ad se.
℣. Laudemus viros gloriosos
℟. Et Parentes Sanctos.
Oratio: ut supra. Bened. Fidelium.

Ad 3tiam Prophetae.

Deus in adjutorium. Gloria Patri.

Hymnus.

Vatum fatidicis assonet auribus
Laus, et laurigeri gloria verticis,
Intectas rudes comas inter pectoris otia.
Illis non Helicon, non Pieri iuga
Sedes docta fuit; sed superum Sion,
In quo metra Prophetica Cantarunt Sapientiae.
Ergo spes alimus cordibus impiger,
Et lectos animos, nectare Patriae
Quam producere vatibus Sanctis, sors fuit et fuit.
Antipho: Haec est generatio quaerentium Dominum, quaerentium faciem Dei Jacob.
℣. Laetamini in Domino et exultate iusti,
℟. Et gloriamini omnes recti corde.
Oratio: ut supra: Benedic. Fidelium.

Ad 6tam. Apostoli

Deus in adjut. Gloria Patri.

Hymnus.

Jam spectare licet Numen Apostolis
Cinctum; iam solium quod nitet aureum.
Illos ordo perennibus sellis collocat Arbiter.

Illos purpurei velleri Sanguinis
Ornant – et meritas sceptra gravant manus,
ut fastigia iudicent, Regum et iura regant Ducum.
O. nos a nitidis cernite sedibus
Et declinate pro Sorte precantium
ut vestri socij, brevi, simus plauderi Numini.
Antiph: Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam Sanguine suo.
℣. In omnem terram exivit sonus eorum.
℟. Et in fines orbis terrae verba eorum.
Oratio ut supra: Bened Dño: Fidelium etc.

Ad Nonam. Martyres.

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Quos vestit rutei purpura Sanguinis
Et multo decorant stigmate vulnera;
In nostris patientium vitae, gignite sensibus.
Qua dextram liceat vincere Numinis,
Et vincire pedes: sic sit et assequi
Lucis perpetuae iubar, Post fusas lacrymas humi.
Vicistis Stygiae castra Superbiae
Crudelesque rogos, vincula, carceres
Vim nobis similem date, Mundum vincere perfidum.
Antiph: Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis, mercedem laboris ego reddam vobis.
℣. Sancti per fidem vicerunt regna.
℟. Adepti sunt repromissiones.

Oratio: ut supra. Benedic Dno. Fidelium etc.

Ad Vesperas Confess.

Deus in adiutorium etc. Gloria Patri etc.

Hymnus.

Hic confessa faces pectoris igneas,
virtutibusque, phalanx, bella canentium:
Quorum robur et actio, clauso fulsit in angulo.
Replent magistris secula vultibus,
Et ditant meritis. Sic mare, gemmis
Lux vultu uariat suo, Et distinguit aquas nive.
Replebant nemorum tegua rigentium
Nunc impleri superum plena palatia
Illustrantque domum Dei, Tanquam Zodiacum sol.

Antiph: Dedisti Domine hæreditatem timentibus nomen tuum, et habitabunt in tabernaculo tuo in Sæcula.

℣ Justi autem in perpetuum vivent
℟ Et apud Dominum est merces eorum.

Oratio: ut supra: Benedic Dno. etc. Fidelium.

Ad Completorium

Converte nos Deus etc. Gloria Patri etc.
virgines.

Hymnus.

Concludit viridis turma, Coronasque
Divorum, populi virginei chorus.
Concludit nullo declin festo deinque fulgidam
Cantant innocuis vocibus hoc melos

22

Quod nullus cecinit, nec canet uspiam:
Praeter quem vetus pudoris ~~Texit~~ munice flando.
Miscent ~~Angelicis~~ carmina plausibus,
At Agnum, tenero poplite, candidum
Vestigant: comiter pie, ~~Pol~~ nobis, quos plaudere..
Antiph. Hymnus omnibus Sanctis ~~eius~~ filiis Israel
populo appropinquanti Sibi: gloria haec est omnibus
~~Sanctis~~ eius.
℣. Laetamini in Dno et exultate iusti,
℟. Et gloriamini omnes recti corde.
Oratio, ut supra. Benedic Fidelium &c.

Commendatio.

Si nubem penetrat lingua precantium,
Quas ~~sensus~~ humiles insuper elevant,
Cur festivis amor nescit calor tangere lucidus.
Cui pennas agiles addidit ignea
Vis, ut fulmineas transilet orbitas.
Hostri carminis otia laeti auribus accipe,
Gens omnis populi sorte beatior,
Divorum: ~~quibus~~ est vita; salus; honor;
Omni delicio fluens, Immensi moris temporis.

Festum desideriorum quid peragunt
Spiritus in igne purgatorij.

Ad matutinum.

Regem cui omnia vivunt: Venite adoremus.
Requiem aeternam etc. Et lux perpetua etc.

Hymnus.

Quamdiu tortor latus urit ustum!
Et recrudescens laniabit igne
Vulnus: en vivit, sub alente paenam, Torre cicatrix
Diffluunt venae, cumulum sensum
Spiritus minuit; Cui nulla carnis
Est cutis: nullus cruor explicabit Perpluit artus.
Edomat flammis adeo potentes:
Ut coquant puros animos, nec uri
Torqueant hostes, maculisque purgent Carne solutos
Edoma, Numen, cui flamma taedam
Sanctior nutrit, cui fax amoris,
Pectus in nostris miserante, clades, Excitat aestu.

Antiph: Libera me Domine de morte aeterna in die illa
tremenda: dum veneris iudicare saeculum per ignem.
V. Hei mihi Domine.
R. Quia incolatus meus prolongatus est
Domine exaudi etc. Et clamor etc.

Oremus: Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor,
animabus famulorum famularumque tuarum remissionem
cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam
semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre etc.
Bened. Domine. Fidelium.

Ad Laudes.

Regem cui omnia vivunt Requiem aeternam e

Hymnus.

Poena sed sensus, minor est carenti
Numinis vultu: lacerat rigorem
Mentis, hic vindex manus obtegendo Lumini luci.
O! faces, flammis animam necantes;
Ite per venas, tenerosque sensus;
Spiritus, damnum sed ab arce coeli Reddite nostrum
Carcerem aecum patimur libenter,
Et rogos, nostra vindo perferimus
Sorte, quam celat Deus in beati Luminis umbra.
Hoc in obiectum ferimus, quod illo
Fulget aeterno, nec erit quietus
Noster affectus, nisi sistat illo Fixus in ore.

Antiphona: Quid faciam tibi o custos hominum: quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis.

V. Et in carne mea videbo
R. Deum Salvatorem meum. Dne exaudi

Oremus: Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere, praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. A. Benedicamus Fidelium.

Ad Primam

Regem cui omnia vivunt. Regnis aeternae

Hymnus.

Carceris nigri colimus penates
Non datur lucem superum videre
Civium quorum sitis est, beata ora tueri.
Carcer hic non est equidem perennis:
Nonq. crudeli fovit in macello,
Atrium caeli est; Patris atq. poenam Exigit ille,
Attamen Fratres relevare nostros
Possimus vultu: simul atq. coetum
Aurei regni cupimus sereno, Cernere cultu.
O! ubi poenis ligat Auster illos
Hos quibus ferrei per amica vitae
Regna, sub frontem radiante alte numinis igne

Antiph: Taedet animam meam vitae meae, dimittam adversum me eloquium meum: loquar in amaritudine animae meae.

℣. Ad Societatem Civium Supernorum
℟. Perducat nos Deus ad regna caelorum.
Domine exaudi e Et clamor meus

Oremus: Deus veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis Fratres propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuae beatitudinis consortium, pervenire concedas Qui vivis et regnas in saecula e Bened Domino Fidelium

Ad 3tiam.

Regem cui omnia &c Requiem aeternam &c

Hymnus.

Ardet ad vestros pietatis ignes
Et quibus pastis data vita Laurus:
Noster affectus: manibus litare Carcere macto.
Non eget spectra: neque fune noster
Clamor: heu fratres gemimus caelo
Supplicet dextras, Qui sunt amantis vinculi cordis.
Flamen ad sanctas modulemur aras:
Intonet maesto vinculatus astra;
Pacis aeternae pia vota nostris Cantibus apta.
Vos preces avis cumulate nigris;
Pulsibus templi resonent tirones:
Pectorum voces sub aperta caeli Intulite castra

Antiph: Miseremini mei saltem vos amici mei
quia manus Domini tetigit me
℟ Nequando rapiat ut leo animam meam:
℣ Dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat

Domine exaudi &c Et clamor meus &c

Oremus: Deus indulgentiarum Domine, da animabus famu-
lorum famularumque tuarum, quorum depositionis diem
commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem
et luminis claritatem. Per Dnum

Bened. Fidelium &c

Ad 6tam

Regem cui omnia vivunt venite adoremus
Requiem aeternam dona eis Dne &c

Hymnus.

O quibus tedijs, quibus ęstuamus!
Ignibus manes miseri perurit
Tędium, sensus sine carne tortor, Torret et ira.
Numen a nobis videatur illud
Quod vident Cives solij nostri,
Atq lętantur facie Paterni Lumine vultus.
Nos adhuc clausis latebris tenemur
Luce nec parva micat ullus astri
Risus ęterni. Reserate saltem Atria nuber.
Unde possimus iubar emicatum
A throno Patris tenui tueri
Mentis aspectu, viderey cęli Spem recreare

Antiph: Credo quod Redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum: et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

℣. Oculi mei semper ad Dominum.
℞. Et ipse evellet de laqueo pedes meos.

Domine exaudi etc. Et clamor meus etc.

Oremus: Deus qui nos Patrem et matrem honorare præcepisti miserere clementer animabus Patris et matris meæ eorumq peccata dimitte meq eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum etc. Benedi etc. Fidelium etc.

Ad Nonam.

Regem cui omnia vivunt venite adoremus
Requiem æternam dona eis Domine etc.

Hymnus.

Admovet cordi teneris calores
Igneus cordis Dominus: vigentes
Excitat nexus, et alit beati lampade sensus.
Ignis hic quantam generat voluptatem!
Et quot ardentes oculos figurat!
ut Deum possint cupiant magis semper amare.
Caelitum fax est, amor perurens:
Absque sed fumo: fovet illa febres:
Pascit et urit sine defluentis tempore vitae.
O! super felix genus, et aeterno
Cordium tali! iubar hoc ab igne
Sicut effundit plurimas lucem, spargite vestro.
Antiphona. Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inha-
bitem in domo Domini, omnibus diebus vitae meae.
℣ ut videam voluptatem Domini.
℟ Et visitem templum eius.
Domine exaudi orationem meam etc.
Oremus. Deus cui proprium est misereri semper et parcere,
propitiare animabus famulorum famularumque tuarum
et omnia eorum peccata dimitte, ut mortalitatis
vinculis absolutae transire mereantur ad vitam.
Per Dominum nostrum etc. Fidelium animae etc.

Ad Vesperas

Regem cui omnia vivunt etc. Ignem caelest-
Deus in adiutorium etc.
Hymnus.

Praecoces forsan meditamur ausus,
Exules caeli; quibus, o! daretur
Assequi Patris faciem, suique Luce beata,
In domo nostra Patriaque Mundo
Iret aetheria prece Sermo supplex
Et manus, coram Patre, pro relictis Fratribus aur...
Proque captivis simili catasta
Ignea: voti stimulata nostris
Esset augusti facies Tonantis, Eius amoris.
Liberis vellet cumulare Fratres
Ut simul trinum caneremus illud
Canticum multae quod alumni perenni Carmine vocis.

Antiphona. Intende voci orationis meae, Rex meus et Deus meus.

℣. Quoniam ad te orabo.
℟. Domine mane exaudies vocem meam.

Domine exaudi etc. Et clamor meus etc.

Oremus: Deus cuius miseratione animae fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis, et omnibus in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laetentur. Per eundem Dominum etc.

Benedicamus D. Fidelium etc.

Ad Completorium

Regem cui omnia vivunt, etc. Regnem aeternum

Hymnus.

Ultimas taedas pius ignis auget,
Inter angustas dominantis umbras
Iudicis: quantum cupimus perennem Vivere vitam

Hic in arctata retinemur arce:
Dentibus duri laceramur astri:
Scilicet vincti gemimus catenis, Temporis, omnes.
Mortis illudit rigor ipse nobis,
Mortui quamvis sumus: ecce nondum
Vivimus caelo: reserate vestris sidera postes.
Numeri aeternum inserere sorti
Providam nostrae: tacere fuerimus
Dum tua, tunc nos domus atque mensa Paschi amica.
Antiphona. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita
desiderat anima mea ad te Deus.
℣. Cibus meus est.
℟. Facere voluntatem Patris mei.
Domine exaudi — Et clamor meus —
Oremus. Animabus, quaesumus Domine, famulorum tuorum:
laniusque tuarum, misericordiam concede perpetuam: ut
eis proficiat in aeternum, quod in te speraverunt et
crediderunt. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Benedicamus. Fidelium.

Commendatio

Iungat voces animique carmen;
Huius cantum: mellor et doloris.
Supplicis, gratis, Pater atque Iudex, Accipe Jesu.
Flecte clementem pluviam, precantis,
Gratia; cuius animo fluento
Sopiat flammas, et amica caelo Qui teneres.

Tribunal Mundi inter otia meditabundae mentis expensa et repraesentata: diebus Adventus Dni

